

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Sermones dominicales super evangelia et epistolas**

**Hugo <de Prato Florido>**

**[Nürnberg], 6. Mai 1483**

[Sermones XXI (secunda post octavam epiphanie) - XXX]

[urn:nbn:de:bsz:31-311765](#)

# Sermo

tigerit montem lapidabis. **V**estia est homo secularis qui vult tangere montem scripture. **S**olus moyses ascēdit montē ad loquendū deo. quia solus homo cui reuelat deus secreta sua debet alta et profunda scrutari. **I**n fine nota qđam misterium. qđ in festis quando hiesus debet queri et inueniri pditur. et in toto alio tempore nō pditur sc̄ in festis. qđ festa sunt instituta. vt homines vacēt diuinis. vt dicatum ē et ipsi vacant potatorib⁹ et cōmesationib⁹. et ludis. et vanitatib⁹ et minus eſſ⁹ malum opari qđ sic facere. **E**t pp̄ hoc festa nr̄a in odī deo sūt. ysa. i. **S**olennitates vras odi uit q̄m̄a mea. Amos. v. **O**di. et. picci festinitates vestras. et ideo saraceni qui nō solennizāt festa terident xpianoꝝ festa. **T**re. i. **A**lterūt eum hostes et teriserit. sa. e. **E**t qđ peius est qđ in pascha et magnis solennitatib⁹ qđ hō deberet magis sacrificari tunc magis se dissoluit et vane letatur. **E**t breuiter festa videntur ordinata solum ad solarium corporale zc.

De epistola Sermo. xvij.

**O**bsecro vos fratres p misericordiā dei ut exhibeatis corpora vestra hostiam sanctā deo placēte Ro. xij. **S**ic dicit aplus ad Ro. xij. que a deo sunt ordinata sunt. Omnes autē fideles sunt a deo p creationem et generatiōnem. **I**deo beatus paul⁹ tanqđ dei aplus ad gentes cōuertendas et ordinandas. in epistola ad hodiernā om̄es fideles nititur ordinare. vt re et nomine christiani. i. christi fideles sumus filii. **E**t quia homo habet ordinē ad deum. a quo est. ad mundū in quo est. et qđ proximū cum quo viuit. et est. ideo in hac epistola qđ tum ad hec nos satagit ordinare. **Q**ue quidem epistola in quatuor scindit. **P**rimo em̄ ordinat nos ad deum sūm̄ vnam ptem nostri. sc̄ sūm̄ corpus ut ipm̄ hostiaz viuentē deo offeramus. **I**n principio epte. **H**ecūdo nos ordinat ad mundū. vt nos ei nō cōformare debeamus. ibi. **E**t nolite cōfor. huic seculo. s̄ resouaz in nouitate sensus vestri. **T**ercō nos ordinat iterū ad deum sūm̄ aliam partem nostri. sc̄ sūm̄ intellectuz. ne plus qđ oporteat et deceat sapiamus. ibi. **D**ico em̄ p gratiam dei que data est mihi omnibus qui sunt inter nos. non plus sapere qđ oportet sapere zc. **Q**uarto nos ordinat ad proximum. vt unus alteri

# .XVII.

subueniat. ibi. **S**icut em̄ in uno corpore mul. mē. ha. zc. **P**rimo ergo apls ordinat nos ad deum sūm̄ vnam ptem nostri. sc̄ sūm̄ corp⁹ ut ipm̄ hostiam viuentem deo offeram⁹. **E**t hoc est. Obsecro vos fratres. i. p sacra adiuro. **E**st em̄ obsecratio petitio cū adiuratione ut p nativitatem xp̄iet p mortem. et similia. **I**n quo apli benignitas. et humilitas demonstratur. quia non imp̄at sicut prelatus et dñs sed obsecrat sicut frater et seruus. cum tñ magna esset prelatus et p alios apostolis. **S**cibebat em̄ qđ aimus homis melius p blanda deducitur qđ p violentiam trahatur. **S**ene. **S**eruosus est aimus hominis et naturaliter contra potestatē recalcitrans. facilius ducitur qđ trahat. **A**nde superbos prelatos qui aliter faciunt. dominus increpat eos per Ezechi. xxviii. c. d. **K**um austerritate imp̄abatis eis et cuz potentia. et disperte sunt oves mee. **H**ic fecit roboam filius salomonis. et ideo populus nō acquieuit ei. sed recessit ab eo ut patz. ij. Re. xx. **O**bsecro inquā fratres. **E**t p quid obsecro. certe p misericordiā dei. sup. vobis factā. **E**t sic est adiuratio non solum p vnum bonū sed p om̄ia bona qđ xp̄c nobis fecit. que om̄ia xp̄c motus misericordia nobis largitus ē. vnde ex misericordia nos fide illuminauit. nos a peccatis absolvit. nobis dona et virtutes infudit. in filios dei regenerauit. de p̄tate dyaboli nos eripuit. nobis celum apuit. et p morē suā saluos nos fecit. ad Titū. ij. **N**on ex op. ius. q. f. nos sed sūm̄ suā mi. sal. n. f. **I**n quo ostēdīt magnus feruor apli. qđ per om̄ia bona nr̄a nos adiurat. **Q**uādō em̄ feruēter desideram⁹ aliiquid ab aliquo obtinere. p illud quod magis amat eum adiuramus. **H**ic aplus p̄ dei misericordiā. quā magis amare debem⁹. nos adiurat. que magis apparet in eo qđ sanguinem suū p nobis fudit. **E**t iō aplus vt frāgat cor da nostra adamāte duriora adducit lāguiez xp̄i. **Q**uiā si adamās sanguine hirci frangit. ml̄to magis corda nr̄a deberēt lāguie xp̄ifragi. **I**n cōfessiōne p̄sistit misericordia dei. **E**t qđ obsecro. **C**erte. vt exhibi. cor. ve. nō corpora alialuz sic iudei antiq⁹. **D**ō. xlit. **N**ō accipiā te do. t. vi. **V**ra di. n aliena. **H**ūt ei aliq̄ q̄ de alieno corio lōgā corrigiā faciūt. Ro. vi. **S**ic ei exhibuitis mēbra vra ser. immū. et iniq. ad iniqui. ita nūc exhibi. ser. ius. in sanctificatiōz. **E**xhibete dico corpora vra hos. deo p carnaliū desideriorum et opū mortificatiōz. **G**all. v. **Q**ui at sūt

*Nota 2. In hostia*

Xpi car. s. cru. cum vi. et con. Coll. iii. Mortificare membrorum vestrum. qd sunt super terram. ij. Cor. iiij. Semper mortificatus Christus in corpore vero reuerentes. Et hoc iustus est. qd ipse corpus suum in arca crucis hostiam deo pro nobis immolauit. **N**ota qd ab hostia immolada totus sanguis effundebatur iuxta altare. Sic iuxta crucem Christi que est altare dei. te qd edere non habet profectum qd tabernaculo servium. Hebrei. xiiij. debemus consumere in penitentia vitam carnis et sanguis. Luc. ix. Qui vult venire post me abne. id est vitam carnalem et animalem et tol. cru. s. xx. Gall. iiij. Christus confixus super crucem. multi consumunt vitam suam inutili labore. sed non iuxta crucem Christi. **L**ecet autem hostia quinque datur habere. Primo datur hostia esse immolata deo per carnis mortificatorem. Secundo debet esse vivens per caritatem seruorem. Tercio debet esse sancta per Christi sanctificatorem. Quarto debet esse deo placens per hilarem oblatorem. Quinto debet esse rationalis per discreti circumspectorem. Primum patet. Secundo debet esse vivens hostia: per caritatem seruorem. Et hoc est exhibete deo hostiam vivente. scilicet per caritatem que facit opera via eum sit forma virtutum. Et id qui non diligit manus in morte et facit opera mortua. Vel vivente per fidem que per dilectiones operatur. qd fides sine operibus mortua est. vt dicitur Iacobus. iiij. Abac. iiij. Justus in fide sua vivet. In veteri lege offerebat hostia mortua. Et hoc est recte. qd de morte transibat ad mortem eternam. scilicet ad caritatem visionis divinae cui obligati erant. sed non cessauit illa obligatio. et aperta est ianua ad vitam. ergo vivens hostia a filiis vite debet offeri. **N**ota qd quidam offerunt hostiam mortuam et non vivam. scilicet qui corpus suum in ecclesia dei vendicant sepeliri. et non cessant a peccatis. Corpus mortuum sepelitur in ecclesia et anima vivit in inferno. Luc. xxiij. Mortuus est deus. et sepulcher in inferno. Utique carnem suam affligit sine per ieiunium sine per orationem. sine quo oculi alio modo in peccato mortali existentes. Utique viri religiosi per corpus sunt in claustris et corde et mente in seculo. Tales inquit dividuntur. qd dant corpus deo et animam seculo. **M**ors autem est separatio anime a corpore. et id est cum sit anima in seculo per amorem et ingenium meditationes. corpus remanet mortuum in claustris quod offerunt deo. Quia ut dicit Augustinus est anima ubi amat quam ubi amat. Et talibus cum sint continua morte. est eis claustrum maxima pena et quasi carcer. Tercio debet hec

hostia esse sancta et hoc tripliciter secundum quod sunt sanctum unum modum idem est per sine terra. Debet enim hostia nostra sine spe retributonis terrene sed soli pro spe retributonis eterne. Math. vij. Nolite therefore vobis theo. in ter. the. autem vobis theo. in celis. Deus quod sunt qui tibi seruunt soli per temporali mercede. et qui querunt bonas prebendas. et in omnibus spiritualibus querunt soli temporales mercedes. Malach. i. Quis est in vobis qui claudit hostia et incendat altare meum genito. Secundo sanctum idem est quod firmatum. Debet ergo hostia nostra esse firma et stabilis et perseverans quia non qui ceperit sed qui perseveraverit. hic saluus erit. Math. x. In cuius figura cauda animalis semper debebat in sacrificio offerri. vt patet Ieremi. iij. Tercio sanctus idem est quod sanguine tinctum. Debet enim hostia nostra esse tincta virtute sanguinis Christi quod nisi sanguis Christi stillet super eam nihil vallet. eo quod non potest nos a peccatis mundare nisi virtute sanguinis eius. Hebrei. ix. Sanguis Christi emundauit conscientiam nostram ab operibus mortuis. In cuius figura in veteri testamento omnia pene mundabantur in sanguine et sine sanguinis effusione non siebat remissio. vt dicit apostolus ad Hebrei. Quarto debet hostia nostra esse placens deo per hilaretatem. vt libenter et non cum tristitia et murmure hostiam immolemus. quia hilarem daturum diligit deus. vt dicit apostolus. ij. Cor. ix. vj. Cum ieiuni. no. fi. sicut ipsi. Et debet esse placens deo per rectam intentiorem. vt soli deo placere velimus: et non hominibus sicut hypocrites. Quinto debet esse discreta. Et hoc est rationabile obsequium vestrum super sit per discretos quod omnia perfecta et fructuosa reddimus. Hem. in epistola ad carthaginensis. Denovo sunt et alia corporis exerciticia. si est vigilie et ieiunia et alia huiusmodi. que spiritualia non impedient. sed adiuvant si cum ratione et discretione sicut que sicut indiscretionis vicio sic aguntur. vt vel deficiente spiritu vel languente corpe spiritualia impediuntur. qui sic agit corpori suo tollit boni operis effectum. spiritui affectum. proximo exempli et deo honorem. sacrilegus est. et horum omnium in deum reus. Ieremi. iij. Quicquid obliteris sacrificij sale condies. Lamen canendum est ne nimis de sale ponatur. Quidam enim miseri discreti sunt intantum ut nihil pene vel doloris velint sustinere. Et id subiungit Bernardus.

## **¶ Sermo**

### **.XVII.**

ibidē. **J**ustū ē caput quādoq; dolere in seruitio tui qd̄ olim sepe laborauit i vanitate secuti; eſurire ventrē viq; ad rugitū qui ſepe ſuppletus ē vſq; ad vomitū ſed modus in omnibus tenēdūs ē. **R**onabile ḡ ſit obſequiū veſtrū. Et ſic patet primū. **S**ecundū nos ordinat apls ad mūdūm quatenus ei conformari nō debemus: di. Et nolite conformari huic ſeculo. Et hoc dupliciter. **P**rimo p amorem quia amantē ſimilat amato vt in illud trāfformetur. **O**ſee. ix. Facti ſunt abomiables ſicut ea que dilexerunt. **S**icut ei calor diſponit ceram. vt fiat ſimilis ſigillo impreſſo. ſic amor diſponit aīam vt amato ſibi cōiuncto assimileſ. **E**t ē tāta hec assimilatio ſeformatio vt amator mūdi mūdū dicat. **J**oh. i. **V**indus eum nō cognouit. ppter hoc dīc. **J**o. i. **C**an. i. **F**raſtres nolite diligere mun. neq; ea que in mundo ſunt. **I**n mundo ſunt tria. vt ibidē dī. ſ. concupiā carniſ. concupiā oculorū. ſ. ſupbia vite. h̄ ſunt mūdi que mundani diligunt. ſ. diuitie. de litie et honores. que dilectoris ſuos peridunt et derelinquunt. ſaltē in morte. **S**ecundū p opa- tōem vt non cōformemur actib; mūndi quia malis ſunt. **P**eccatores ſunt ſimee mūdi quia omnibus actib; mūndi initunt ſumope pfor- mari. zīo nō poſſunt ē hostia dei. **I**n cuius fi- gura in lege mādatum ē p omne aīal ambulanſ ſup manus vt ſimea: ſit immundum. nec de ipo poſſit fieri ſacrificiū. vt patet **L**eui. xj. **V**ē ſunt ſicut cameleō. qui ad omniē colorem ſibi appoſitū mutat. ita peccatores ad omniē impreſſionē mali quā habēt ſue p auditum ſiue p viſum. ſtatim afficiunt ad illud z illō co- gitāt et desiderant. **E**zech. xxiij. **C**ūq; vidiffet viros depictos in pariete inſonuit ſup eos concupiſcētia oculorū ſuorū. Et nota q; huic ſecu- lo nullo modo debemus ſeformari cuz ſit aīal mōſtruolum. **E**ſt ei illa bestia. quā vidit **J**o. in apoc. que habebat capita. vij. ſ. cornua de- cē. et ſup cornua ei⁹ decē dyademata. ſ. ſuper caput ei⁹ noīa blaſphemie: ſ. ſimilis erat par- do. et pedes eius ſicut pedes vrfi. ſ. os eius ſicut os leonis. Et habet apoc. xiiij. Peccator qui mūdū dī ē bestia. qui rōe nō vtit ſic be- ſtia. dū nō pſiderat fine ſuum. **H**eptē capita ſint ſeptem vicia. que peccatorū ſue mundo dominantur. **V**icia em̄ regnāt in mundo ſ. nō virtutes. **T**ot ei dños habet peccator quo vicia in eo regnāt. **J**o. viij. Qui ſacit pec. ſer. ē peccati. **D**ecē cornua ſunt decē trāgredio-

nes decalogi quibus peccator ſeū impugnat. **D**ecē dyademata ſup cornua ſignant gliam. quā habēt peccatores de ſuis peccatis. **P**ro uer. q. letant cū malefe. z ex. i. re. pes. **N**omina ḥo blaſphemie ſunt verba quib; peccatores ſe excuſant. ſ. deum accuſant dicētes oia. eē p. destinata. ſ. ex necessitate venire. **P**er pardū ḥo qui ē varij coloris intelligunt duplicitatē varietates. quia mūdani aliud dicūt et aliud faciūt. **P**edes ḥo ſimiles habet vſo qui ſi- miles ſunt manibus būanis quia mūdani ha- bent oga ſimilia opib; homini ſ. nō ſunt ſ. poti⁹ bestiarū oga ſunt. **M**ūdani. ſicut vſus mel pcupiſcīt ſ. ſequitur ſine freno: ita pcupiſcīt ſ. ſequant dulcedinē tyalez vſq; ad mor- tem. **O**s ḥo eoz ē ſicut os leonis feridū quia fetet corā teo ſ. ſanctis eius. **P**ſal. xiiij. ſepul- crū pa. e. gut. eoz. **N**olite ḡ inquit apls huic ſeculo ſeformam: ſed reformamini. ſ. p gratiaꝝ xpī qui p peccatum deſormati fuſtis. in noui- tate ſenſuſ vři vel mētis veftre. h̄m alia ſram nō in nouitate carniſ ſ. mētis. **A**nima ei que ad imagine dei facta ē. imagine dei in ſe deſor- mat. dñ peccat. **E**phe. iiiij. **R**enouamini ſpiri- tu mētis vře ſ. indu. no. ho. ſ. xp̄m. **N**ota q; ſ. reformatio ſicut reformatio materialis ſit qn- q; modis. **¶ P**rimo p malleatōem tri- bulatōnum ſ. pſecutionū. **P**ſal. cxvij. **H**up- dor. m. fa. pe. **S**icut reformant fabrilia. ſ. video neceſſarius ē ignis ſpiritū ſancti in corde ho- minis reformādi. **M**alleare ei ſuper ferrū fri- giđū vanū ē. **H**iere. v. **N**ūquid federabitur ferrū ferro ab aquilone. i. in frigore aquilonis. **S**ic fuſt reformat. **P**aulus qn̄ dixit Actuū. xiiij. **P**er mul. tri. o. n. i. r. ce. **S**ecundū p ſtra- ctōem. ſicut reformant ſculptilia dū celte ele- uant a lapide. hoc ē p paupertatē voluntariam. que omnia ſupfluua abhicit ſ. dispersit paupe- ribus. **P**ſal. cix. **D**ispſit te. pau. ii. e. ma. i. ſe- ſe. **S**ic fuſt reformatus Zacheus qui ait lu- ce. xii. **D**ñe ecce. d. bo. me. d. pau. ſ. ſi quē de- frau. red. qua. **T**ercio p additōem ei⁹ qd̄ de- eſt. **S**icut reformant dom⁹ ſ. multa alia. **S**ic docebat dñs reformari illū cui dixit **M**ar. x. **U**nū tibi deſt. **V**ade que habes vendē ſ. da paupib;. **H**ec ḡ reformatio et renonatio ſit p ſilia. **¶ I**mplēs ei pcepta reformatio ſuſtia ſupaddēdo. **S**ic reformati ſunt apli. **M**ath. xix. **E**cce em̄ relinquit omnia ſ. ſe- centi ūc. **Q**uarto p fuſionē qn̄ aliqd primo liqueſcit ſ. poſteq; fundit in aliqd in q recipit

h

H.V.

vires ingenij sui et questiones ad quas non pertinere nititur disputare et revoluere. contra quod Eccl. iiij. Altiora te ne quesire. et forte, ne scruta. Tercio quod in discendis ordinem pertinet pro voluntate discere difficultia quam facilia. Beatus. Medicus bonus ordinat te cibis. si ordinem in cibis sumendum non seruas ipos cibos naturaliter bonos tibi reddes non bonos. Quod de te cibis intellige de scientijs. Hebreo. v. Facti elitis quibus lacte opus est non solidus cibo. Perfectiorum autem est solidus cibus. qui pro plenitudine et citatos habent sensus ad discretorem boni et mali. principio que non plus saperet quam oportet saper sed saper ad sobrietatem. i. ad modum tristam. ut nequam excedas in nimium neque coartens in rebitum. Multa enim scire debemus. j. Cor. viii. Ignorans ignorabitur. Osce. iiij. Quia scientiam repulisti. et ego repellam te. Ebrini et non sobrius reputares. qui vellet volare eode modo non reputabitur sobrius qui inititur celestis per scrutari. Prover. xxij. Prudentie tue pone modum. Similiter qui nollet surgere ad comedendum. non sapiens est stultus et pigerum dicetur. sic qui non vult aliqualiter discere quam sunt fidei. j. Thimo. iiij. Attende lectori. exhortationi et doctrine. hec meditare in his esto. Ergo quodlibet debet velle tam saper sicut unigenitus dominus deus. i. dominum dedit mensuram fideli. fide illustrata illustratio maiori vel minori. Hoc enim quod quilibet est illustratus in fide tamquam deus velle saper. Sap. x. omnia constituit in numero pondere et mensura. et potissimum gratias suaz dona. Et sic patet tertius. Quarto nos ostendit apostolus ad primum ut unus alteri seruamus. Et ad hoc inducit quoniam similitudinem in corpore humano. d. Sicut enim in uno corpe multa membra habemus. omnia autem membra non eundem actum habent. sed diversis actibus sibiunice subministrantur. Oculus enim videt per pedibus et manibus et omnibus alijs membris. Et lingua loquitur per omnibus membris. et sic de alijs. Ita multa. oea fides. vnum corpus sumus per christum. i. per christum. Hoc enim per christum nobis collata nos unit in uno corpore mystico quod est ecclesia. Gall. iiij. omnes vos enim vnum estis in christo. Singuli autem superfluous vel esse debemus membra. ita quod alter sit membrum alterius illi subministrando et adiuvando. Ephe. iiij. Supportantes invicem in caritate. Et nota quod est similitudo colligationis et subministracionis membrorum corporis naturalis ad membra ecclesie qua sibiunica debent servari.

## Sermo

re supponere et diligere sic membra corporis naturalis. attēditur. q̄stum ad octo. Si te h̄ vis p̄dicare. require infra dñicam. xvij. post trinitatem in moralitate sermonis de epistola. Et sic patet quartum.

¶ Dominica prima post octauam epiphanie de euangelio. Sermo xvij.

**Nuptie facte s̄t** in chana gallilee. Jo. ii. Quia t̄ps institutū ab ecclesia pro celebrandis nuptijs extat p̄ns. iō bodie in ecclia euangelij de nuptijs recitatur. vt qualiter se habeant in matrimonij p̄trahēdis nuptijs celebratores salubriter instruant. Nō enī omni tpe possimus nuptijs intendere celebrandis b̄m ecclia instituta imo ab eadē multa t̄pa feriant. Nā ab aduētu dñi v̄sq̄ ad octauā epiphanie inclusiue celebrare nuptias nō debeamus. similiter a septuagesima v̄sq̄ ad octauas pasche etiā inclusiue. z s̄lī a tribus dieb̄ ante ascensionem dñi v̄sq̄ ad octauas pent̄. In hoc ḡ euāgelio de nuptijs sex summarie st̄nt. Primo eī desenbit p̄nium nuptiale. In principio euāgeli. Secundo declaratur p̄nium p̄sone. ibi. z erat m̄r ih̄u ibi. Vocatus ē aut̄ ih̄s z discipli eadē ad nuptias. Tercio p̄t colloquiu matnale ad filii. ibi. z defi. vi. ait ad ih̄m. Ni. nō habēt. Quarto subiugit matris z filij ad ministros p̄nij impium salutare. ibi. Et dīc mater ih̄u ministris. Quinto ab architriclino qui gustauit aquā vinum factā. bonitati vini asserit specialiter. ibi. Ut ac gustasset architriclinus aquā vinū factam z̄. Sexto inter signa ih̄u. hoc p̄hibetur initiale subinseritur insimul ex miraculo facto bonum subsecutū fidei speciale. ibi. Hoc fecit initius signor in chana gallilee z̄. Et crediderūt in eū discipuli eius. ¶ Primo ḡ describitur co- uiuū nuptiale. quia nuptie facte sunt in chana gallilee. I. in quodā vico siue villa p̄uincie gallilee. Ubi nota q̄ quidā dicūt q̄ sponsus istaz nuptijs fuit Johā. enā. Sed hoc nō ē p̄babile b̄m op̄i. illorum qui dicūt q̄ iste nuptie facte fuerunt post vocatōez ap̄loz inter quos fuit Johā. vt pat̄z Math. iii. quia nō ē credibile q̄ post vocatōem redierit ad ducē dum vxorem qui v̄sq̄tūc p̄manserat virgo. Scđm aut̄ opinionē illoz qui dicūt q̄ he nuptie fuerunt facte ante vocatōem ap̄loz vel

## .XVIII.

discipulor̄ que cōmuniōr̄ ē: credibile ē q̄ iste nuptie fuerit Johā. Et iō tāq̄ p̄sanguineū vocauit ih̄m z discipulos eius supple futuros. Et iō mater ih̄u fuerat ibi tāq̄ mater Jo. q̄a ut dicūt erat filius virginis nutritius. Et hoc ē. Erat mater ih̄u ibi. Vocatus est aut̄ ih̄s z discipuli eius. s. futuri ad nuptias. b̄m secūdā op̄i. sed nō futuri imo p̄ntes b̄m p̄mā op̄i. Quicquid aut̄ sit credēdū ē q̄ sp̄sūs v̄l sp̄sa fuent p̄sanguineus. vel p̄sanguinea virginis. ppter qđ vocatus est ih̄s z discipuli eius. Christus aut̄ voluit interesse nuptias dupli- ci de causa. Primo vt gliam suā corā multis manifestaret. Secūdo vt nuptias approbar̄ p̄tra manicheos qui nuptias damnat. Ip̄as igit̄ p̄bavit p̄nta sua z miraculo potētie sue. Et sic patet p̄mā z secūdū. ¶ Sequit̄ terci um. Et defi. vino z̄. In quo ponit colloquiu matnale virginis. que plena visceribus pietatis cōpassa ē verecūdie sponsi in defectu vini. Et ait ad ih̄m. Minū nō habēt mi- nistris. ad p̄pinādum: z p̄tinue ad bibendum. Quod fuit signū paupratis sp̄sī. qui nō po- tuit vinū sufficiēs prepare. Vel forte vinum sufficiēs p̄pauit p̄ tot cōmūnis s. ih̄s veit cū discipulis. qui erant paupes. Hic nota q̄ lo- co illius p̄ticule. s. ih̄s venit cū discipulis. qui erāt paupes: alī libri habēt. Sed pauperes alī venerūt. Daupes aut̄ qui invitant̄ ad bo- nū p̄dāium in duplo comedūt z bibunt tāq̄ esurientes z p̄teritā famē restaurare volētes. Hic cadit exemplū marchionis ferrarie. qui dixit q̄ in capitō generaliferrarie celebrato: biberūt fratres vinū. p̄ duob̄ milib̄ militum. hoc etiā fuit signū q̄ beata virgo de pentela p̄inḡ erat. quia alit̄ nō de defectu vini curas set. q̄ eius defectū suum reputauit. Di. ḡ ih̄s nō offensus vel arguēs v̄l cornigēs matrē. cu- ins cōpassio grata fuit ei vt p̄ effectuz patuit. Quid mibi z tibi ē mulier. Mulier hic ē no- mē sex? z nō molliciei. ex hoc loco arguit heretici q̄ xp̄c nihil habuit facere cū virgine: s̄z trāsūt p̄ eam sicut aqua p̄ cānale. Dicūt em̄ q̄ attulit corpus de celo. sed mentiuntur quia idē Joh. qui h̄ dicit asserit q̄ ibi erat m̄r ih̄u. Duplicit̄ aut̄ h̄ verbū exponit. Uno mō b̄m Cris. sic. Quid mibi et tibi mulier. s. de defe- ctu vini. q. d. Lognitio istius defectus nō p̄ti- net ad me vel ad te. s̄ ad illos quoz sunt nu- ptie. q̄ debebat sibi de necessarijs. p̄uidisse. di- mitte ḡ p̄mo vt ip̄i p̄gnoscāt defectū z gratia

¶ cōtinue In Eu?

*duo expositio*

tunc miraculi qd petis acceptior erit illis. Et ponit exemplū Christo de medico. qui si vltro offerret egroto nō multuz curaret de ipso: sed cū multis precibz egroti se offert ei: tūc multā reuerētiam exhibet illi. Et hoc ē qd sequitur. Nōdū venit hora mea. i. hora qua magis ḡtum sit et acceptū miraculū illis quibus postulas fieri nōdū adeſt. quia nōdū p̄ defectus vi ni. Qd aut̄ cōditor tpoz et horaz subiect⁹ fuit alicui hore. vt quidā astrologi dicunt. imo oī tpe est hora sua opandi qd vult. vt dicit Christo. Sed tñ expte rex que requirūt determinia tu ips⁹ et locū. ac etiā q̄stum ad homines una hora cōpetētior est alia. sicut hic vtilior hora faciēdi miraculū erat post recognitōz defect⁹ vini q̄ ante. Scđm Ioh Aug. sic exponitur. Quid mibi et tibi mulier. s. p̄ne. i. quid habeo at p̄ qd possim hoc miraculum facere. q. di. Tu petis fieri miraculū. quia sp̄ius vel sponfa attinet tibi h̄m carnē. sed h̄m carnē quā a te sumpli: nō possum facere miracula: sed miseras et mortē pati. qd in cruce apparebit. tunc ei te m̄rem meā recognoscam h̄m carnē. et in carne quā te sumpli moriar et crucifigas. et iō te tunc discipulo cōmēdabo. Et hoc ē dū sequit⁹. Nō dum venit hora mea. i. nō ē tpus recognoscēdi quid ex te habeo: sed erit i pasione euāgeliō pdicato. Nō hora necessitatis sed voluntatis sp̄otanea i qua pati et mori di sposui. Jo. x. Nemo tollit aiām meā sed ego ponācā. sic pat̄z tertiu. Et dicit mater ihu m̄stris. Ecce quartu. In quo mater et fili⁹ sa lubriter impant m̄stris. Et primo impat ma ter di. Quodcūq̄ dixerit vobis: facite. Et q̄ patet q̄ beata virgo omnino credebat q̄ fili⁹ su⁹ ē cōt miraculū factur⁹. Et iō secure dicit mi stris. Qd cūq̄ dir. vo. 26. Erāt aut̄ ibi. s. idō mo p̄niūj. lapidee ydrie. i. vasa lapidea aquaria. ab ydros qd ē aqua. sex posite h̄m purificatōm indeoz. Et iō posite ibi erāt. vt pos sent purificari immūdī h̄m moduz indeoz. vt si aliquis de p̄niūj aliquā immūdiciā incurrit h̄m legem. vt si tangeret morticinum vel aliquod phibitū lauaret in eis: et fieret mundus. Capiētes. i. cape valētes singule metretas binas vel fnas. Metreta dī a metron qd ē mēsura h̄m p̄suētudinē terre. Aliqui cī h̄nt maiore. aliqui minorē. Scđm Isido. metreta ē decē sextarioz. Sextarius aut̄ p̄tinet duas libras. Et sic p̄z. q̄ erāt magna vasa que h̄s fecit impleri. An ait ministris. Implete ydri

as aqua. Et impleuerūt eas v̄sc̄ ad summū. Et dixit eis h̄s. iā facta mutatōne. Hanc dī ydrijs et ferre architriclino. Scđm Aug. ar chitriclinus ē princeps triū ordinū melatum a se altitudine distatiū. Celi p̄ domus sic dī sposita dī architriclin⁹. Et dī ab archos qd ē princeps et clinū domus. Hic h̄m Aug. nō dī architriclinus princeps vel dīs coniung. vel domus in qua erat p̄niūj h̄s p̄positus m̄nistrantium qui s. fuerat cōstitutus. vt ordinet cōiūuum et etiam seruitores. Unde pot questionē Christo. Quare h̄s p̄cepit sem vīnum architriclino potius q̄ sponso vel alieni coniuge. Et rūdet q̄ ille cui cōmittit cura: et ordinatio cōiūng nō comedit v̄sc̄ post alios. Et ideo salubrior et discretior ē ad inebriā de vīno q̄ cōiūue. qui iā sunt repleti de oīo et potu. et ideo iussit dominus ferrili vīnum et aqua factū. vt veritatē cognitam alijs indica ret. Et tulerunt ministri. Ut autem gustauit aquam vīnum factam. et nesciebat unde cēt lud vīnum vocauit sponsum architriclin⁹ m̄rans vīni bonitatē. qd h̄m generalem ordines primo debuit p̄pinari. et dixit ei credēs q̄ ita fieri p̄cepisset. Omnis homo primo. id ē in p̄cipio coniūij ponit bonum vīnum. scilicet ī mensa. et cum inebriati fuerint. id est repletio bo et potu. tunc ponit illud quod detenus est id ē minus bonum. Quia ppter opilationem medie cellule ex vapore vīni. bonum vīnum non potest cognosci et discerni. Tu autē seruasti bonum vīnuz v̄sc̄ adhuc. id est v̄sc̄ ad finem cōiūij cōtra generalem cōsuetudinem. Et ex hoc patet q̄ optimum fuit vīnū. Unde Christo. Hoc generale in omnibus miraculis xp̄i q̄ semper ad nobilius terminantur q̄ natura posit facere. Unde si restituit vīnam vel auditum. vel aliud membrum. melius facit q̄ natura prius fecerat v̄l facē poss̄. Patet etiā q̄ hoc vīnuz fuit rubrum sicut cantat ecclēsia. Aque rubescunt ydrie quia sicut fecit illud vīnuz melius ita fecit pulcriss. Pulcrius autem ē vīnum rubrum q̄ albū. Pulcriss etiam claruit miraculum quia si albū fecisset credidissent q̄ fuisse aqua aliquātūs rubricata ppter p̄cedens vīnum qd dixissent fuisse ī vasis. Et sic p̄z q̄rtū et q̄ntū. Sextou ter siḡ ihu h̄s p̄hibet initiale. cū dī. Hoc iniūz signor⁹ fecit h̄s ī chana galilee. Nō ei legit̄ aliqd signū fecisse. Et q̄ p̄z q̄ i adolescentia sua nullū fecit signū. v̄l h̄s dī p̄mū signū p̄

# Sermo

## .XVIII.

blice et manifeste a ihu factū. Sed dī primū nō simpliciter. s̄ primū qđ fecit in patria illa et manifestauit gloriam suam. i. deitatis sue potestiam. Et crediderūt in eū discipuli ei⁹ futuri h̄m quosdā: s̄ p̄ntes h̄m alios. qui tūc credebant s̄ tūc viso miraculo magis crediderunt. Et sic patet litera.

### ¶ De triplici matrimonio.

**¶** Sicut patet in hoc euangelio agit de nuptijs ex matrimonio celebratis. **¶** Et ido sciendum qđ triplex ē matrimonium. s. carnale inter virum et uxori. sp̄uale inter aīam et deūz sacramētale inter filium dei et humānā naturā sue inter xp̄m et eccliam. De quo dicit apl̄us Ephe. v. Sacramētū hoc magnū ē: ego aut̄ dico in xp̄o et in ecclia. **¶** Primū ḡ ē matrimonii carnale inter virū et uxori cui⁹ nuptie in p̄ senti describuntur. **¶** **¶** Circa qđ ad p̄ns considerāda. viij. occurunt. s. necessitas. excellētia. varietas. effectus. motiuū. p̄uersatiuū. septatiuū. qđ ad quid. et septatiuū simplr. **¶** Primo ḡ considerādu ē de ei⁹ necessitate. Est enim sacramētum necessitatis. Sicut ei⁹ baptisimus ē sacramētum necessariū ad salutē. iuxta illū Ioh. iiij. nisi quis rena. f. &c. sic matrimonii ē necessarium vniuerso licet non sit necessarium aliqui homini. quia sine ipso mundus desiceret. Et ideo in ve. te. erat i⁹ precepto. Gen. i. Cresci. et mul. et re. t. Ex quo manifeste p̄z qđ ē bonū quia impossibile ē eē malū illud sine qđ mun̄dus ēē non p̄t et qđ deus p̄cepit fieri. **¶** **¶** Secundo vidēdū ē de ei⁹ excellētia et bonitate. Excedit em̄ alia sacramēta qđtū ad sex. **¶** Primo qđtū ad p̄petuitatē. quia an omnia sacra mēta a principio institutū ē. et usq; ad finē mūdi durabit. **¶** Secundo qđtū ad locū et ad statū ubi et in quo fuit institutū quia in paradiſo et in statu innocētiae. Alia aut̄ sacramēta in valle hui⁹ miserie sunt instituta et in statu corrūptōnis et peccati. et vt quedā medicina anime languētis ut pateti parabola de sauciato et sa maritano. Quere in sermone. xij. p̄ trinitatē. **¶** Tercio qđtū ad significatōes. qđ significat matrimonii vel p̄iunctōem xp̄i cū ecclia. Ephe. v. Sacramētū hoc magnū ē ego dico in ecclia et in xp̄o. Quarto qđtū ad nobilissimā virtutem quā deus excellētē posuit ibi. s. amore et caritatē. Gen. iij. Nob̄re relin. bo. pa. et ma. et adher. vro. s. Propter ea formauit deus mulierē de osse vīri. vt fortiter sicut se diligenter etā Ephe. v. Vīri debet diligē vxores. s. vt cor-

potia sita. Quinto qđtū ad desiderium naturale qđ nō p̄t eē malū qđ oñderet maliciā institutētis naturā qđ ē impossibile. Omnis hō naturaliter desiderat matrimonij copulaz vt p̄petuetur in filijs. quia in se p̄petuus ēē non p̄t. Sexto qđtū ad honore quem xp̄c matrimonio exhibuit. Nam mīrem virginē voluit despōsari. cū nō esset necesse. vt de matre de sponsata nasceret. Et ad nuptias invitat̄ cū discipulis suis init et ipas maiestatis sue p̄sen tia honorauit. et primū miraculū ibi fecit pp̄t qđ omnes p̄uiuas letificauit. **¶** **¶** Tercō varietas vidēdū ē de eius varietate. que attēdit qđtū ad quinq; **¶** Primo qđtū ad discretōes. p̄sonarum. qđ a principio mūdi usq; ad moy sen solū mater et filia sunt accepte. ne mī cū filio vel p̄t cum filia in matrimonio inngerent. qđ patet p̄ hoc qđ dī Gen. iij. Nob̄re relin. bō pa. et ma. Ergo nec filia p̄m. nec mī filiū accipe poterat. Sed p̄ legē moy si. xvij. p̄sonae sunt excepte. s. mater et nouerca. locrus et nur filia et p̄uigna. soror et carnalis amita et materte ra. nept̄. s. filia fratris carnalis et sororis. amia scilicet mater p̄ris vel matris. filia filie et filia filij. vrox patru et auunculi vrox fratris carnalis. nisi in casu. s. qđ frater sine liberis mozeretur. Et hec lex in p̄lo dei usq; modo dūrat. **¶** **¶** Grego. papa ad supradicta addidit vt amicie inter fideles longius. p̄traherētur et latius extēderentur. Et fecit statutū vt usq; ad qđtū gradū gradū inclusiū nō possent matrimonium contrahere. **¶** Primus gradus ē frater carnalis et soror. **¶** Secundus filij ipoz. **¶** Tercius filij filiorum. **¶** Quartus filij nepotum. Et quia unus papa p̄t tātū quātū aliis: iō super illo statuto Greg. p̄t alias papa dispensare vt frequēter videm. In personis aut̄ a moy se exceptis disp̄sare nō p̄t. **¶** Secūdo qđtū ad pluralitatē et vnitatē vrox. **¶** Nā a p̄ncipio mundi vna fuit p̄cessa vni. Erunt inquit duo in carne vna Gen. iij. Quia vir et vrox qđtū ad actū matrimonij ad equalia indicant quia vir nō habet potestatem sui corporis: sed vrox et ecōuerso. vt dicit apl̄s. i. Cor. viij. **¶** **¶** lamech cepit habere plures uxores. et patet Gen. iiij. Et quia totus mūdus d̄fluxerat ad pluralitatem vrox. ppter qđ genus humānum magis multiplicabatur. iō deus pm̄s̄lit p̄lo suo plures uxores habere. vt magi multiplicarentur et crescerent et hoc usq; ad xp̄m fuit p̄cessum. qui eligens populum spiritualē

et dimittens carnalem reduxit pugnū ad pri-  
stinū statum. vt eēt solum unus vius vxoris  
vir ut magis spiritui vacaretur. qā vt di. **Jo.**  
**v.** spūs ē qui vivificat. caro autē nō pdest q̄c-  
q̄. **L**ercio c̄stum ad libellū repudij quē lice-  
bat dari in ve. testa. vt pat̄z deutro. xxiiij. Nō  
autē in nouo. **M**ath. xi. **Q**uod deus cōmunit  
homo nō separat. Similiter aque amarissime.  
de quibz habetur **P**ume. v. quas debebat bi-  
bere vxor suspecta viro de adulterio mō nec  
fieri debent. nec bibi. et vxore suspectam: non  
pōt vir aliquo experimento pbare. **Q**uar-  
to c̄stum ad meritū. quia in ve. te. nō erat ma-  
ioris meriti virginitas et p̄tinētia viduialis q̄  
matrimoniu. **A**ug. Celibatus iohis baptiste  
nō p̄fertur nuptijs abrahe. tm̄ ei patriarche  
et p̄phete matrimonio merebant. quātūz mō  
in virginitate et viduitate viuentes. S in nouo  
te. vtraq̄ ē maiori meriti q̄ matrimonium.  
Nā statu matrimoniali redditur fructus tri-  
cessimus. viduali sexagesimus: s virginali cen-  
tesimus. **M**ath. xix. Dabāt fructū. aliud cen-  
tesimum. aliud sexagesimū. aliud tricesimum.  
**B**eda. Nūc autē bona ē castitas p̄ugalis. me-  
lior p̄tinētia viduialis. optima p̄fectio virgini-  
alis. **Q**uinto c̄stum ad p̄ceptum et indulge-  
tiā. quia in vete. te. erat sub p̄cepto. **H**ene. j.  
Crescite et mul. et re. **M**odo autē sub indulgen-  
tiā cadit eius celebratio et abstinentia sub p̄si-  
lio. **L**oy. vii. Bonū ē homini mulierē nō tā-  
gere. Et infra. Propter fornicatiē autem  
vn. vx. s. ha. Hoc autē dico hīm indulgētiā et  
nō hīm imperiū. Et infra. De virginibz p̄cep.  
nō ha. cō. autē dō. Et infra. Ego autē p̄co si si-  
militer nubat. Et infra. Beatorū autē erit si sic  
p̄manserit hīm meū p̄siliū. An mō. p magnō  
bono p̄silitur homini in virginitate p̄mane-  
re. quia mulier innupta et virgo co. que dei se  
et quō placeat deo vt sit sancta men. et corpo.  
Que atē nupta ē cogitat que mūdi sunt quō  
pla. viro. vt ibidē dicit apls. **Q**uarto vidē-  
dum ē de eo qđ efficit pugnū. Et dicēdum  
ē q̄ p̄sensus expressus voluntarie et n̄ fīcte v̄l  
coacte p̄ verba d̄ p̄nti vel p̄ nutū si sit mutus  
efficit matrimoniu. carnis autē copula ip̄m cō-  
sumat. Alia autē que precedit vt p̄missio d̄ ac-  
cipiēdo sunt sponsalia: nec efficiunt matrimo-  
niū. Similiter que comitāt vt missio anuli q̄  
ē signū matrimonij et instrumentum: et omnia  
alii que obseruant in matrimonio sunt que-  
dā solētates matrimonij. et nō efficiunt matri-  
moniū. Consensus autē ille ē in oblatē p̄pe-  
tuā et in copulā carnalem. **Q**uintū qđ  
debeat mouere ad p̄trahēdum. et qualis vxor  
debeat queri. **S**ecundū ē vt ha-  
beat filij qui sancte nutriant et efficiant filij  
dei et q̄ cōsequens heredes vite eternae. Quia  
si filij et heredes. **R**o. viij. Secundū ē vt forni-  
catio vitetur. **L**oy. vii. Propter for. at vn.  
vx. s. ha. et vnaqueq̄ virū suū. Quia me. est  
nu. q̄ vri. vt ibidē dī. **L**erciū ē mutua obse-  
cutio. quia nemo sibi satis ē. **H**en. ii. Nō ēbo  
nū bo. eē so. fa. ei. ad. sibi sile. **E**ccl. xxvij. Ubi  
nō ē mulier ingemiscit eger. Est ei hō animal  
naturaliter sociabile. Ad secundū dicēdum. q̄  
eoꝝ qui vxores accipiunt. quidaꝝ sunt lascivi  
et vani et hi in vxoribz nō querunt nisi pul-  
tudinez. Quidā sunt auari et cupidi. et binō  
querunt nisi diuitias. Quidā sunt sapientes  
et discreti et hi querunt principaliter vxores  
bonas. Primi stulte faciunt. quia vt plurimos  
pulcritudo in muliere p̄culosa ē. Unde qui-  
dā p̄bs querit si vir debeat ducere vxore tur-  
pem aut pulcrā. Et respōdet q̄ pulcrato  
adamat. turpis facile p̄temnitur. Difficile  
ē autē custodire quā omnes amant sed mole-  
stum ē possidere quā nemo dignatur habere.  
Minor autem miseria deformis habetur q̄  
pulcrā seruetur. Et iō nec numis turpis nec  
mis formola vxor querēda est. et plus turpis  
q̄ nimis formosa. Secundū. s. cupidi imprudē-  
ter agunt. Unde Criso. Tu inuenis quando  
vxorem ducere vis. noli querere diuitem. sed  
morigeratam. quia boni mores frequenterac  
quirunt diuitias. Diuitie autē bonos mores  
nūq̄ fecerūt. Querit theofrastus p̄bs. qđ sit  
melius ducere vxore pauprem vel diuite. Et  
rūdet q̄ pauprem alere difficile ē. diuite ferre  
tormentam ē. Dives em̄ magnam arrogan-  
tiā habet in domo. Et ideo vt dicit salomō  
**D**ioner. xx. Melius ē sedere in angulo dō-  
matis q̄ cū muliere litigiosa. et in domo p̄ma-  
ni. Lerciū autē. s. sapientes optimē faciunt. qui  
querunt. in vxoribus sapientiam et bonitatem  
quia sapiens mulier edificat domū suam. inspi-  
iens hō extractā manibus destruet. vt dici-  
tur **D**ioner. xiiij. Et eccl. xxvij. Hic ut sol ou-  
ens in mūndo in altissimis dei. sic mulieris bone  
spēs in ornamētū dom⁹ sue. vñi quibz dā  
terrīs ē p̄suetudo q̄ cere⁹ accēsus ponit i ma-  
nilo spōse dū intrat domū vīti. Et itep̄ i codē

# Berimo

xxxv. Qui possidet mulierem bonā inchoat possessionē. Quā in quibusdā terris sportari? plenus frumento in manib⁹ sponse dū intrat domū tradit. qđ ipa spargit p̄ domū in signū abūlantie. Et iō Eccl.xxvi. dī. Mulieris bo ne beatus vir. nō dixit mulieris diuitis yl' pul cre. Habere ḡ bonā vxorē ē donū dei. Prouer. xix. Dominus 2 diuitie dant a pentibus a dño aut̄ p̄prie vxor prudens. Beatus ḡ vir qui inuenit vxorē bonā 2 infelicissimus qui ac cipit malā. Et nota q̄ bonitas puelle cognoscit in morib⁹. 2 si habet pbos 2 honestos pa retes 2 maxime m̄rem. Lūb. Debet ei puella ē timorata 2 verecūda. sine quib⁹ parata est ad omne malū. ¶ Sexto vidēdū ē quō vir et vxor debet quersari. vt eoz matrimonium sit deo acceptū 2 fructū tricelum̄ mereant. Ad qđ ddm. q̄ ser modis adinuicē debet quersari. put ex hoc euangelio colligit. Primo debent amabiliter quersari. vt vnuis piuguz diligat alterū sicut seipm. Ephe. v. Singli aut̄ vnuis quisq; sicut seipm vxorē suā diligat. 2 h̄ innuiv. quia nuptie he dicūtur facte in chana galilee. que interptatur zelus. Zelus aut̄ ē in tēsus amor viri ad muliere. vñ zelotipus vocat qui nimis diligit vxorē. Debz at̄ zel⁹ esse tzatus. Quidā nimis excedit in zelo vxorū. 2 ecōuerso. Quidā nimis sunt remissibil ze lates vxores neq; vxores viros: sed vtrūq; ē malū. Debet etiā zelus sine amor ēē p̄cordia lis 2 singularis. vt ex corde se diligat. 2 nulluz alium tatu. 2 hoc signaf p̄ annulū. qui mittitur in digito spōse. qui debet ēē vnuis et singula ris. 2 debz mitti in digito quarto in quo ē que dā vena que rūdet cordi. Quidā aut̄ multuz deficiunt 2 a p̄cordiali et singulari amore vxor 2 ecōuerso vxores. Secundo debet cōuersari cū timore dei. quia qui sine timore dei matri nio vtūtūr 2 p̄misctur vt insensata iumenta dyabolus habz potestatē sup eos. 2 eoz ma trimoniu nō ē ad salutē. 2 ad pnicem. vt angelus thobie iuniori dixit. vt patet in septem viris. quos oēs dyabolus interfecit. vt patet Thob. iij. Et iō multū timere debet spōse facere molias 2 facturas 2 alia que m̄rimoio ad uersant. 2 maxime deo displicent. quia p̄ hoc dyabolus accipit potestatē sup eos. Et hoc innuiv. q̄ erat ibi mater ihu. f. salutis. Mater salutis ē timor dei. ¶ Tercio debet cōuersari salubriter. vt vnuis innet altez: 2 cōfortet ad salutē. Quod apls oñdit. i. Cor. vii. dī. Sā-

# .XVIII.

ctificatus ē em̄ vir infidelis p̄ mulierē fidelem et sanctificata ē mulier infidelis p̄ virum fidelem. Sicut ei vnuis innat aliū in corporib⁹ ita debet innare in spūalib⁹. Ne ḡ illis q̄ sunt cā p̄ditōis viroꝝ z̄ipos innant perdere. Et hoc innuiv per hoc q̄ ibi fuit ihu. i. sal⁹. ¶ Quartio debet quersari p̄corditer vt vnuis p̄cordet cū altero in bono. Eccl. xxv. In tribus bene placitu ē spūi meo que sunt p̄bata corā deo 2 hominib⁹. Cōcordia fratru. amor. p̄sumorum 2 vir et vxor bene sibi p̄sentietes. Et nota q̄ dicit bene p̄sentietes. quia in nullo malo vñ alteri debz p̄sentire. Hoc notat p̄ hoc quod ibi fuerūt discipuli ihu. quibus erat vnuis cor 2 aia vna in dño. vt dī Acf. iiiij. Si ḡ litigio se vñiat magna pena ē. Prouer. xix. Lecta iugiter p̄stillātia litigiosa mulier. ¶ Quinto debet quersari patiēter vt vnuis eoz sup̄portet defectū alterius 2 patiēter toleret. Ephe. iiiij. Hūppōtates iuvicē in caritate. Gall. vij. Alt̄ alterius onera portate. 2 sic adim. le. xp̄i. Un de socrate legitur q̄ due vxores eius semel irate et valde peccate verberauerūt eū. 2 egre diēs domum sedit extra iuxta murū domus 2 vxores. piecerūt aquā putridā sup̄ eum qui ait. Sciebā q̄ post temeraria debebat seq̄ plu via 2 abscessit. Multi ei valde defectuosi sūt et tñ modicū defectuz vxor̄ tolerare nō p̄nt. Et nota q̄ mulier ē formata de costa pectoris viri. 2 nō de pede. quia nō debet suppeditari vt famula: sed teneri vt socia. Et maxie cōingibus ē virtus patiētie necessaria. quia matrimoniu multa incomoda et aduersa circumstāt. i. Cor. vij. Tribulatōem tñ carnis habebunt hmōi. f. p̄uges. In cuius signū in q̄bus dā terris scutū portatur ante spōsam qn̄ vadit ad virū 2 vir colaphis cedit qn̄ subarrat sponsam. Et hoc innuiv q̄ in cōiuvio defecit vnuis. 2 p̄uges patiēter tulerūt nec murmurā se legūt. Multi statū murmurāt ppter quēcūq; defectū. 2 maledicūt illi qui matrimoniu p̄curauit. Cōtra quos Sap. i. Lustodite vos a murmuratōe que nihil pdest. ¶ Sexto debet quersari honeste 2 caste vt eoz p̄cupiscētia tota infra claustra matrimonij restringat. 2 seip̄is sint cōtentī nec aliis nec aliis cōcupiscēt. Debent etiā honeste seip̄is vti. 2 solū na turali mō. i. Cor. vij. Vir vxori debitū red dat. 2 similiter vxor̄ viro: et nolite fraudare in uicē. nisi ex consensu forte vt vacatis oratōni. Non em̄ in omni tpe debent cōmiseri. sed in

nota p̄ se In matrimonio

Nº duoden⁹ tag In q̄o  
mater duxit

solemnitatibus debet orōni vacare. **H**oc in-  
nuitur p̄ hoc q̄ aqua in vinū quiesca ē. **T**unc  
in matrimonio aqua que ē fluxibilis in vinū  
qd̄ ē restrictuum querit. qn̄ p̄cupia carnis  
q̄ valde fluxibilis ē restrigit et intra claustra  
matrimonij coartat. vt solū adiuicez: et nulli  
alij velint penitus om̄isceri. **S**eptimo viden-  
dū ē de separatōe p̄ingū q̄stū ad thōz et coba-  
bitatōem. **E**t dōm q̄ talis separatio  
duobus modis fieri p̄tingit. **P**rimo ex utri-  
usq̄ p̄sensu. vt qn̄ vñus vel ambo cōsentiant  
pn̄iaz agere et aliquā intrēt religionē. vt dicit  
apl̄s. i. Cor. vi. n̄isi inquit ex p̄sensu vt vace-  
tis orōi. **S**econdo ex culpa vñus eoz. vt quā-  
do alter eoz fornicatus ē. et p̄t. p̄bari: tūc em̄  
reliquis p̄ingū p̄t ab eo separari. **S**i aut̄ am-  
bo fornicati sūt. nō possunt abinuicem separari  
quia quilibz ē in culpa. nec vñus p̄tra alij ha-  
bet ins querele. **H**oc idē accidit in fornicatio-  
ne sp̄nali. que cōmittit recedendo a fide. vt si  
alter p̄iugū hereticus efficiat. q̄ tūc potesta-  
tē sup̄ vxorē pdit: et ecōuerlo. **O**ctauo viden-  
dū ē dō totali p̄ingū separatōe. ita q̄ vterq; non  
possit alteri copulari. **E**t dōm q̄ tale diuorti-  
um p̄t in. xij. casib; celebrari. qui in his ver-  
sibus p̄tinent. **E**rroz p̄ditio. votūz cognatio-  
cūmen. Cultus disparitq;. vis ordo ligamen  
honestas. **S**i sis affinis. si forte coire neq; bis.  
**H**ec dirimūt facta et impeditū facienda. **P**ri-  
mus ḡ casus ē erroz p̄sonae. vt si p̄sensi accipe  
filiam Petri juniorē et ip̄e dedit maiorē. sicut  
fecit laban iacob. vnde Jacob de mane cogni-  
ta veritate poterat dimittere liam. ppter scan-  
dalum qūt bonū ē facere sicut iacob. **S**ecun-  
dus casus ē erroz p̄ditōis. quādo. s. vxor cre-  
dit ēē libera et ē serua. et ecōuerso de viro: sed  
erroz qualitat̄ vel fortune nō impedit. vt qn̄  
credit ēē virgo vel sapiēs. vel sana vel diues.  
et hoc nō ē: et simile ē de viro. **T**ercius casus ē  
votū solēne qd̄ p̄ suscep̄tōem sacri ordinis. vñ  
q̄ ingressiōnem religionis solēnitat̄. sed votū  
simplex licet impeditat̄. p̄trahēdūm tñ nō diri-  
mit p̄tractū. nō tñ p̄t debitū petere licet pos-  
set reddē. q̄ bmoi simplex votū fecit. **Q**uartus casus ē cognatio spiritualis que p̄trabit  
in baptismo et p̄fimatōe. vt qn̄ tenes filiā ali-  
cuīus ad baptis̄mū vel p̄fimatōem. tūc illam  
tu nō potes accipere. nec aliquis filiōz tuorū.  
**E**t si sit masculus quē tenuissi nō p̄t accipere  
aliquā filiā tuar̄. **E**t si le ē de cognatione le-  
gali. s. d̄ filiis adoptiūis. **Q**uintus casus ē cri-

men. puta qn̄ vir añq; ēē sua v̄to: sed v̄to  
alterius. p̄misit q̄ si moreretur vir eins accipi  
et eam in vxorē. vt fornicaretur cum ea. et po-  
stea fornicatus ē cum ea. et maxime si vñus v̄  
ambo postea machinati sunt in mortem vñi  
prioris: vel vxoris mechii. **D**extus est dispan-  
tas cultus. q̄ inter xp̄ianum et quācūq; aliam  
nō baptizatā nō p̄t ēē piugum cum bap̄is-  
mus sit ianua sacramentorum. **E**t similiter  
si aliquis infidelis connertatur ad fidem: et  
vxor nollet queri: p̄t accipe aliaq; vxorē. **E**t  
similiter ē de vxore. quia nō ē p̄uentio lñc ad  
tenebras. neq; xp̄i ad belial. vt di. ij. Cor. vij.  
**S**eptimus casus est vis vt quādo aliquis ti-  
more coactus accipit aliquā vxorē. si em̄ po-  
stea qn̄ ē in tuto nō p̄sentit p̄t dimittere eaz  
quia matrimonia debent ēē libera. **O**ctauis  
casus ē sacer ordo apud latinos tñ s nō ap̄d  
grecos. **N**onus casus ē ligamen alicuius reli-  
gionis cui q̄ obedietiam ē ligatus. **D**ecimus  
ē iusticia publice honestatis que p̄trabit in  
sponsalibus. quia puella desponsata vñ per  
verba de futuro nūq; p̄t nubere alicui de pa-  
rentela illius vñq; ad quartā generatōem in-  
clusiue si p̄tingat illū mori. vel aliter impedit  
vt nō accipiat eam. et ecōuerso d̄ viro. **U**nte-  
cimus casus ē affinitas sive parētela vñq; ad  
quartam generatōem inclusiue. **Q**uodcumq;  
casus ē impotentia contus. vñ qn̄ vir pp̄ ma-  
leficiū. vel ppter frigiditatē vel ppter quodcumq;  
alīnd impedimentū: nō p̄t cum vxore co-  
ire. tunc c̄ p̄nt separari si volunt. **D**ossum aut̄  
addere vñi alium casum qui ē mois que ma-  
trimoniū sep̄at. **S**i ei resurgeret nō teneretur  
alter reaccipere illam. **E**t sic patet de matr̄io  
carnali. **T**erciū ē matrimonū sp̄iale inter deum et fidelem aiam. qd̄ celebratur in  
baptismi collatōe. tūc em̄ aia abrenūciat dy-  
bolo et pompis eius. et fidei anulo subarratur.  
quia deo et in deū se credere p̄fitetur et veste  
polimita et talari. s. virtutū et donorū sp̄üssan-  
cti. que vestis nuptialis a xp̄o d̄. **M**att. xxi.  
induitur et ornat. **V**n̄ beata agnes ait. An-  
alo suo subarravit me. et imēsis mo. o. m. **O**see  
ij. **S**p̄onsabo te mibi in fide. **E**t tūc deus in-  
sep̄abiliter q̄ grām eidem p̄iungit. donec sp̄o-  
so fidem sponsa seruat. **V**n̄ inuitus ab eas  
patur. hoc matrimonii q̄ pn̄iam recōnigit  
et reficitur si fuerit q̄ fornicatōem cū dyabolo  
que in omni peccato mortali cōmittitur q̄ di-  
uortiū sep̄atum. **O**see. ij. sponsabo te mibi in

# Sermo

## XVIII.

